

**A** eiusdem substantię & æqualem patri credunt, dicat eis qui hoc nolunt credere, cum tamen deum patrem filium habere vni genitum credant, noluit deus habere æqualem filium, aut non potuit? Si noluit inuidus est: si non potuit, infirmus est: vitruuis autem horum de deo sentire sacrilegum est: nescio vtrum possint inuenire quid dicant si nolint res absurdissimas & stultissimas dicere. Ecce quatum potui expōsui tibi fidem meam: & plura quidem dicitur possum & diligenter disputari. Sed vereor ne ista ipsa quæ dixi oneri sint occupationibus tuis, tamè canon solum dictata conscribi volui, sed etiam manu mea subscrībenda curau, quod quidem & anteavoluerā, si quod inter nos placuerat seruaretur. Sed modo certe putem non à te debere dici, timuisse me tibi dicere fidem meam, quando nō solū dixi, sed scriptam subscrīp̄t, ne me quisquam dicat aut dixisse quod non dixi, aut non dixisse quod dixi. Hoc fac & tu, si iudices queris, non qui in ore tuo reueneratur personam tuā, sed qui in literis tuis exerant libertatem suam. Si enim calumniam times, quod nullo modo auderem dicere nisi hoc ipse dixilis, licet tibi non subscrībere. Nam & ego propterea nolui nomen tuum scribi.

**B** in his meis literis, ne hoc forte noluissem. Facile est ut quisque Augustinum vincat, videris vtrum veritate te in clamore. Non est meum dicere, nisi quia facile est ut quisque Augustinum vincat, quanto magis ut vicisse videatur. Aut & si nō videatur, vicisse dicatur facile est. Hoc nolo magnū putes, nolo pro magno appetas. Nam cum aduerterit homines in hac re tam in gente famam & cordis tui, multi gaudebunt se inuenient occasionem, vt ad pauca euge euge tam potentem virum faciant amicum. Nolo dicere quia si non faueant, vel si contrariant sententiam preferant, etiam formidare poterunt inimici, inepte quidem & stulte, sed tamen pleriq; homines ita sunt. Noli ergo attēdere quomodo vincatur Augustinus, quæstuscumque vnum homo, sed attēde potius vtrum vinci possit. Homusion, nō ipsum verbum Græcū, quod facile est non intelligentibus irridere, sed illud quod

**Ioan. 10.** scriptū est, Ego & pater vnum sumus. Et, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt fint

**Ioan. 17.** vnum sicut & nos. Item paulopost, Non pro his auctem rogo tantum, inquit, sed & pro eis qui creditur sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnu sint, vt mundus credit quia tu me misisti, & ego clas-

**C** ritatem quam dedisti mihi dedi illis, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me vt sint confluentes in vnum. Vide quoties dixit, Sint vnu sicut & nos vnum sumus, nusquam tamen dixit, Ipsi & nos sumus vnum, sed sicut ego & tu sumus vnum, sic

**6. de Tri nitate ca.** eiusdem substantię, quos etiā vnu partecipes vita æternæ facere volebat, ita de patre & filio propterea dicitur, Vnu sumus, q; vnu sumus, q; substantię, & no partecipes vita æternæ, sed ipsa principaliter vita æternæ. Et poterat dicere secundū formā seru, Et ipsi vnu sumus, aut vnu sumus, nec tñ hoc dixit, quia vnu substantię patris & suā, & vnu illorū volebat ostendere. Si aut dixisset, Vt tu & ipsi vnu sitis, sicut ego & tu vnu sumus, aut, Vt tu & ego & ipsi vnu sumus sicut ego & tu vnu sumus, nemo nostrū recufaret posse dici vnu sumus, etiā diuersas substantias. Nūc aut vides quām nō ita sit, quia non ita dixit, & sāpe dicēdo vehementer comendauit quod dixit. Inuenis ergo aliquid in scripturis vnu de diuersis naturis, sicut supra ostendimus, sed additur vel subauditur, quid vnu, sicut ex anima & corpore dicimus vnu animal & vna persona & vnu homo vel est vel sunt. Sine aliquo vero adiunctione dici vnu sumus, si inuenieris in scripturis, nisi de ijs que vnu substantię sunt, iustissime fas-

gitabis ut aliud proferamus unde homusion demon stremus. Sunt enim & alia multa, sed interim de hoc vno cogita deposito studio contentionis, vt habeas propitium deum. Non enim bonum homini est hominem vincere, sed bonum est homini vt enī veritas vincat volentem, quia malum est homini vt eum veritas vincat iniument. Nam ipsa vincat necesse est, sive negantem sue confitentem. Da veniam si quid liberius dixi, non ad contumeliam tuam, sed ad defensionem meam. Præsumi enim de gravitate & prudentialia tua, quia potes considerare, quātam mihi respondendi necessitatem imposueris: aut si hoc non recte feci, & huic da veniam. Huic scripturæ à me dictæ & relectæ ego Augustinus subscripsi.

Augustinus Pascentio de eadem re, virgens ut ex planet fidei suam. Epistola CLXXV.

**S**i dicas te mihi dixisse fidem tuam, & meti bi noluisse dicere fidem meam, quod te auidio nō tacere, recordare obfereo q; utriusque sit falsum. Nam nec tu mihi voluisti dicere fidem tuam, & ego tibi fidem meam nō dicere nō lui, sed ita dicere volui vt nemo posset dicere, aut dixisse me aliqd quod nō dixerim, aut nō dixisse quod dixerim: diceres aut mihi fidem tuam, si hoc diceres. Unde dissentis à nobis. Si diceres, Credo in deum patrem qui filii fecit primam creaturā ante omnes cæteras creaturas, & itipsum filium, nec æqualem patri, nec similem nec verum deū, & in spiritu sanctū factum per filium post filium, Hæc enim vos audio dicere. Aut si forte falsum est quod ista dicatis, hoc portab; abs te volo scire. Si aut verum est quia ista dicitis, volo scire quemadmodū ea de scripturis sanctis defensatis. Nunc autem dixisti, credere te in deum patrem omnipotētem, inuisibilēm, immortalem, non ab aliis quo genitum, & ex quo sunt omnia. Et in filiū eius Iesum Christum, deum natūrā ante secula, per quæ facta sunt omnia. Et in spiritu sanctū. Hæc fides non est tua, sed vtriusque nostrū: quemadmodū si adiungeras quod eidem filiū dei Iesum Christū etiam Maria virgo peperit, quod pariter credim⁹, & si qua alia communiter cōfitemur. Si voluisses ergo tuā dicere, non istam diceres quæ cōmuniſt̄ eft nobis, sed illā potius in qua dissentimus à vobis: hæc & p̄fens dicere, si quēadmodū di placuerat verba nostra exciperētur. Sed quia hoc noluisse, dicens te à nobis timere calumnias, & à placito cui mane confenseras, post prandium receperisti, vt quid dicere, qd quēadmodū velles me dixisse narrares, & ego non haberem unde ostenderem quid vel quemadmodū dixerim. Noli ergo vterius iactare quod tu fidem tuam dixeris, & ego mēa nō dixerim: quia sunt homines qui considerent me potius habuisse fiduciam fidei meæ, qui eam scribi voluerim, te autem non habuisse dum quasi calumniam pertinēscis. Paratus ergo eras negare si tibi obijceretur quod contra fidem meam aliqd dixeris. Vide ergo quid dete ipse sentir feceris. Quod si obiectum non eras negaturus, cur dictum scribi noluisse, præsertim cum magnopere voluisses etiam honoratos viros nostro interesse sermoni? Cur ergo volens calumniam deuitare notariorum stylum timebas, & clarissimorum testimonium non timebas? Si autem sic vis vt etiam ego dicam fidem meam quomodo te dicas dixisse tuam, ego etiam brevius possim dicere, Credere me in patrem & filium & spiritum sanctū. Si autem propriū aliquid unde dissentis à me vis audire, Credo in patrem & filium & spiritum sanctū, nec filium dicens patrem, nec patrem filium, nec vtriusque spiritus sanctū vel patrem vel filium, & tamen patrem deū, & filium deū, & spiritum sanctū deū solum æternū & immortalem propriā sua substantię, sicut deus solus & æternus & immortalis est, ea diuinitate quæ est ante secula. Hoc si tibi displiceret,